

## Pierij Val. Cicada.

erent ad demonstrationē per ea quę ipse constituit artis elementa, nō obiciē-  
 das huc aitideas Platonis, quia *τεπετιοματα* sunt, hoc est, mysticum quiddā sa-  
 piunt, atq; ideo nihil ad demonstrationem qua de nos hic agimus, conferūt: in-  
 genij illud, atq; animi supra sensum elati negotiū est, hoc quod prę manib<sup>9</sup> est  
 nobis, vni applicitū est sensui. Vocabulū enim *τεπετιοματα*, inter alia significa-  
 ta mysteriū etiā significat: & superius Cicadam mystici hominis hieroglyphicū  
 Ægyptijs esse commonstrauimus. Sanē verō Propertius in garrulitatis signifi-  
 catum acanthidem lenam vocat, à sermonis tædio & loquacitate, auriumque  
 offensione: nam acanthias Cicadę epitheton est, quin & Cicadę species Hely-  
 chio. Aiunt porrō, ex eo animaliū genere foeminas semper taciturnas esse, quod  
 nonnulli ad frigiditatem referunt, qua sint egregiē prædita.

### NOBILITAS GENERIS.

**I**llud minimē prætereundum, Cicadam apud Athenienses generis nobilita-  
 tem significasse, quod apud Thucydidem in liminari pagina comperies, qui  
*τεπετιοματας*, hoc est, Cicadigeros eos appellat, quod apud Atheniēses institutū  
 erat, cicadas ex auro capitis ornamento gestare, quę indigenas & ingenuos ab  
 aduenis & seruis distinguerent. Causam nonnulli cōminiscuntur, quod Cicadę  
 maximē omniū animalium indigenę videantur: in ea siquidem regione qua ge-  
 nitę, viuunt moriunturq; cum reliqua ferē omnia animalia aliquo migrēt, neq;  
 sedem vllam firmam habere perseuerēt. In vnaquaq; verō ciuitate & municipio  
 eos nobiliores dicimus, quorū maiores pluribus antē annis in patria sua clare-  
 rint: obiectatumq; ideo Ciceroni totiens in opprobrium, quod vir nouus esset,  
 quia plurimū odiosa solet esse nouorum hominum ambitio, cum Rempub. in  
 quam recens adsciti fuerint, à administrare contendunt.

**Q**uamvis autem alij aliter Cicadarum cā-  
 tum acceperint, plures illi fuēre qui Mu-  
 sica hinc intelligi censuerint: ideoq; Cicada  
 in citharædi statua citharę insidens, hierogly-  
 phicum dedicabatur: quem morem Strabo la-  
 tius interpretatur: quanquam nusquam desunt  
 Græcorū fabulę, Eunomi citharædi statuam  
 celebrantium cum cithara, cui Cicada inside-  
 ret, propterea quod is cum Aristone Rhegino,  
 Pithijs, musico certamine destitutus est, chor-  
 da vna fracta: verūm aiunt Cicadā adfuisse su-  
 peruolantem, quę suppleuerit vocis illius vi-  
 cem. Et apud Theocritum pastor, qui Thyrsin cōmendare vult à carminis sua-  
 uitate, melius eum canere quàm Cicadas, rustica & pastorali simplicitate dixit.  
 Deq; hac Plotinus mihi videtur intellexisse potissimū. cum homines musicis  
 modulis affectos ac desinitos, in animalia musica renasci differit. Quin & fabel-  
 la recitatur à Platone, fuisse olim quosdam musicos homines qui cantu adeò  
 allicerentur, vt præ modulatione cibumq; potumq; negligenter, eoq; demum  
 macilentię redactos, vt in Cicadas abierint, qui famem adhuc nullo alio cibo  
 quàm cantu leuent. Videre verō est homines eos qui fermocinationibus & lo-  
 quacitati prolixius æquo dediti sunt, corpore esse maiori ex parte graciliori: cor-  
 pora enim extenuari sermone nimio, philosophi profitentur, quorum è nume-  
 ro Lucretius noster ita philosophatur:

### M V S I C A.

